¶ Hec docet auctor que sunt nomina synonyma cum isto nomine hec argilla. le. Dicens quod hec glarea. ree. est idem. hoc gipsum. si. et idem hec glis glissis. est idem. hoc bitumen. inis. est idem. ¶ Deinde ponit auctor equivocationem in ista dictione glis. dicit quod equivocat ad tria. nam glis est quoddam animal parvum. quod per totam hyemem dormiendo. vigilias in estate. ¶ Glis gliris animal. dicitur a glicero. quod est radere vel a glis. scis. quod est impinguescere. quia dormiendo pinguescit. Et habet circa collum et sub ventre album colorem. cum reliqua rubeum. ut mustela. ¶ Ysidorus dicit glires dicti sunt quod pinguedo eos efficit somnolentos. nam glicere dicimus crescere. et hyeme tota dormiunt. et immobiles quasi mortui iacent. estivo tempore revivificantur. Et glis est argilla. et glis est lappa. ¶ Deinde dicit quod glis secundum diversam suam significationem. diversam habet variationem in gto. Nam glis quod est animal facit gliris in gto. Et declinatur hic glis. gliris. Sed quod est terra tenax facit glissis in gto. et est feminini generis. Et quod est lappa facit glitis in gto. et feminini generis. Unde versus. Hic animal. hec terra tenax. hec lappa vocatur. ¶ Constructio sic. Glarea. vel gipsis glis facit glissis in gto. et bitumen est argilla. idem quod argilla. ¶ Glis animal. id est hoc est equivocatio istius dictionis glis. Construe. Glis vocatur quoddam animal. et glis vocatur terra tenax. et glis vocatur lappa. Primum. i. animal glis. tenet. i. habet gliris in gto. altera. i. glis quod est terra tenax. tenet glissis in gto. Tercia. i. glis quod est lappa tenet glitis in gto. Hic glis gliris anglice a dormows. Hec glis glissis anglice a clay. Hec glis glitis anglice a burre. ¶ Glarea secundum Ugutionem. i. argilla sive terra humida. vel lapidis parvi. quos fluvius trahit. ¶ Hoc gipsum secundum Hug. vel gipsus. i. et gipsis. sis. ar. aus. i. albere. et est grecum nomen gipsum. ¶ Hec argilla. le. de argos. quod est proprium nomen civitatis in grecia. ¶ Hoc bitumen. inis. de bibo bibis. Constructio Glis Glarea Gipsum. Argilla Bitumen

Ahenum Est sartago patella lebes cacabus vel ahenū.
A pateo patenam dicens: coniunge patellam.
Uas dico patenam: sed quod tegit esse patenā.
De sarcos et ago: sic est sartago vocata
Nam sarcos grece: caro dicitur esse latine.

Ahenum ¶ Hic autor docet quot sunt nomina synonyma cum isto nomine hoc ahenum.ni. (quod proprie est olla enea) anglice a brason pot. Et dr de hoc es eris. Dicens q hec sartago.inis est idem. hec patella.le (diminutiuum de patena) est idem. hic lebes.etis (media producta) est

Lebes idem (et est masculini generis apud Virgiliū. Papias dicit lebes etis.fem generis. Pris. dicit femininū esse. sed Virgilius masculinum facit. Hec lebeta.te. fem. Papiam est idem qd lebes. Vnde versus) ¶ Salue sancta lebes que nobis fercula prebes (per hunc versum notatur feminini generis) Lectis bona facit gemmantes ea ere lebetes (per hunc versum notatur masculini generis) Et dicitur de lebo.as.

Cacabus ¶ Hic cacabus.bi. est idem. Et dr de hoc caminus.ni (media cor.) qd est incendium. q multum est in incendio.i. in igne

Patella. ¶ Hec patena.ne media correpta. est idem. Hec patella.le est idem. (Hec patella est

Patena. proprie in qua frixantur carnes ¶ Deinde ponit autor differentiam inter patenam (cuius media producitur) et patenam (cuius media corripitur) Patena (cuius media producitur) est coopertura calicis.

Sartago. ¶ Deinde dicit autor q sartago.inis.componitur de sarcos grece

Constructio qd est caro latine. et ago.agis. Vn. De sarcos et ago sic est sartago vocata. (Sartago patella est. ¶ Construe. Sartago patella lebes vel cacabus.est idem qd aenum. Hic cacabus.bi. de careo.es et hoc caminus.ni.componitur. Hic lebes.etis.est grecū. vel dr de lebo.as Cetera plana sunt. Dicens.i. ego dico patenam a pateo.es. supple deriuari.coniunge patellam.qd est idem qd ahenū. ¶ Uas dico sz Construe. Ego dico patenā (cuius media corripitur) esse vas.i.scilicet ahenū. vel cacabū.sed dico patenā (cuius media producitur) esse illud qd tegit.supple calicē.i.coopertoriū calicis. ¶ De sarcos. Construe hec sartago.ginis. est vocata sic de sarcos grece. et ago.gis. Nam sarcos grece dr esse caro latine.i.idem quod caro.

affecto. Affecto. vel amo. cupio. desidero. glisco.
Opto. vel admiror: aueo. vel gestio. capto.
Ambio. quod facit ambitio. simul ambitiosus.

❡ Hic autor docet que sunt verba eiusdem significationis cum
hoc verbo affecto.tas. dicens q̄ oīa illa que ponuntur in versibus
dicit et in tercio versu q̄ hec ambitio.onis.idem est qd̄ cupiditas Ambitio
et ambitiosus.a.um.idem est qd̄ cupidus.a.um.descendūt ab hoc
verbo ambio.bis.idem qd̄ cupere. ❡ Construc. Amo cupio desi Constructio
dero vel glisco.opto vel admiror.aueo vel gestio.capto et ambio.
quod verbū facit.i.derivat et sic ambitio.simul pro et.ambitiosus.
omnia ista sunt idem qd̄ affecto.tas.ui.are verbū frequentatiuū
Et formatur ab vltimo supino huius verbi afficio.cis.scz. affectu.
tum et sic affecto.as. ❡ Afficio componitur de ad. et facio.cis. Et Afficio
significat tria. vt patz p̄ versum. Afficit informat ponit cupit hec
tria signat. ❡ Amo.as.componitur cū ad.et dr̄ adamo.as.et cum Amo
re.et dr̄ redamo.as. Et aliqñ interponitur d.et dr̄ redamo.as.i.iterū
amare. ❡ Cupio.pis.pij vel piui.cupere.perā.pim. habet preteritū Cupio
et supinū ad modū quarte coniugationis. ❡ Desidero.as.cōponitur Desidero.
de de.et sidero.as.qd̄ nō est in vsu.quod descendit ab isto noīe hoc
sydus syderis. ❡ Glisco.cis.cere.caret preterito et supino. Un̄ versus Glisco
Glisco preteritū compescit tollit supinū. Sensus est q̄ glisco non
habet preteritū. i compescit quod est preteritū de conquinisco.cis.con
quexi.conquiscere.i.caput inclinare. Un̄. Cum caput inclino me
conquinisco cere dico. Et nō habet supinum. ❡ Opto.as.componitur Opto
cū ad.et dr̄ adopto.tas.et coopto.tas. ❡ Admiror.aris.cōponitur Admiror.
de ad et miror.raris. verbū deponens. ❡ Aueo.es.ui.auere.i.cu Aueo
pere. Un̄ quidā dixit. De dare multis pocio quicqz auebis habebis.
❡ Gestio.tis.iuis.ire.quarte coniugationis. dicitur de gero geris Gestio
❡ Capto frequētatiuū est de capio.pis.capesso.et in o.fit capto.as Capto
❡ Ambio.bis.i.bis.ad.hoc.interposita b causa euphonie. ❡ Et hic Ambio
nota q̄ oīa composita de eo.is.ire.habēt e ante o. vt transeo.abeo
exeo.ineo.preter ambio qd̄ habet i ante o. Item oīa cōposita i a Notabile de
tū in supinis vt transitū tu.exitū tu.aditū tu.preter ambio qd̄ compositis a
producit i ante tū. vt ambitū tu.media producta. ❡ Itē eo.is.cū suis verbo eo.is.
cōpositis faciūt participiū p̄ntis cp̄posita terminare gtīm in entis
vt iens euntis obiens obeuntis subiens subeuntis.preter ambio qd̄
facit gtīm participijs in ientis. vt ambiens ambientis. Un̄ versus
Quemqz iens cum prole sua formabit euntis. Ambio lege caret qd̄
in ientis dat gtīm.

Est recto; currus auriga vereda veredus Auriga
Plaustrū plaustellū subdit illis annumerandū.
De veho de reda dictum reor esse veredam.
Aurigeqz suum dant aures et rego nomen.
Sunt supra partes epiredia reda dicte

Auriga. Veredus Reda.

¶ Hic docet autor quod sunt nomina synonima cum isto nomine hec au-
riga aurige. Et est auriga ille qui ducit currum (anglice a carter.)
¶ Hic veredus cui .i. auriga. et etiam equus vehens redam dicitur
veredus secundum Huguitionem in capitulo de veho vehis. ¶ Hec reda de
de veho vehis. vel potius de hec rota.tc. Et est reda quatuor rotarum.
Et quia sollicitudo aurige est circa ducendos currus. docet hic nomina
ponentur pro curru. Dicit ergo quod currus plaustrum et plaustellum. hec
plaustellum et reda. que omnia regentes ad officium aurige requiruntur sunt
synonima. et significantia pro vno et eodem sumuntur. ¶ Dicitur vero
Veredus componitur de veho vehis. et reda.ere .i. ducere. et hec reda.e.
vel vereda quasi vehens .i. ducens redam .i. currum. et hec auriga ge. compo-
nitur de hec auris ris. et rego gis .i. auriga regit equum ad currum
auris cum virga. ¶ Item equus qui est supra componitur cum hec reda
et de hoc epiredium .dii. Et est epiredium operimentum quoddam quod
collo equorum imponi solet ne trahendo ledatur (anglice an homere)
¶ Constructio sic. vereda est auriga .i. rector currus. et veredus vel au-
riga. plaustrum plaustellum quod est diminutiuum de plaustro. subaudi et
annumerandis illis .scilicet currus et reda. ¶ Hec reda dicitur reda .i. vehe.
veredam .i. hoc nomen veredam. esse dictum de hoc verbo veho .is.
et de hec reda de. ¶ Aurige vero Constructio. auris .i. hoc nomen aur[is]
et rego .i. hoc verbum rego .gis. dant aurige .i. dederunt aurige. nomen suum.
idest. denominationem suam. ¶ Currus dicitur de curro .ris. quia videtur
currere cum trahitur. ¶ Plaustrum a plaudo dis. vnde plaustellum
diminutiuum de plaustro

aper

Porcus aper verres. mas et sus. porcaque. scropha
Femina sus. sucula. porcellus diminuitur.
Sus suis et illa caro dicitur esse suilla. catur
Scropha parit fetum. morbus quoque scropha vo-
A scrobe dic scropham: cui rostro terra cauatur
Aut quia vertit humum: verres de verro vocatur.

Sucula Porcellus Porcastrus

¶ Hic docet autor de significatione nominum huius metri dicens aper
pri. quod idem est quod hic porcus ci. idem quod hic verres ris. et idem quod
sus suis. secundum quod est masculini generis. idem quod aper anglice a bore
Hec porca ce. hec scropha phe. et sus suis. secundum quod est feminini generis .i.
idem significat anglice a sowe. et sus vel dicimus hic et hec sus suis signi-
ficat masculum et feminam inter porcos. Deinde illa nomina que sequuntur
diminuuntur et diminutiue formantur .scilicet hec sucula. que est diminutiuum de hec sus suis.
et hic porcellus li. diminutiuum. hic porcastus porcastri. diminutiuum de

hic porcus .ci. Et Sulla (que vocantur carnes suis) deriuatur de sus suis. et hoc per metonomiam. quia de sus suis dicitur suinus .a .um. dicitur suillus .a .um. Sulla
et hec sulla .le. diminutiuum. ¶ Postea ponit autor equiuocationem Suinus .a .um
in ista dictione Scropha. ponendo quod scropha in vna significatione est
sus. in alia significatione est morbus quidam. Deinde docet vnde scropha Scropha
et verres deriuantur. dicens quod dicitur a hec scrobs .bis .i. fouea. quia libenter
foueas incolit. vel secundum alios dicitur a scrofano quem solet emittere.
¶ Verres dicitur a verro .ris. quia verrit humum cum rostro suo .i. sulcat
terram cum rostro suo. ¶ Construe. Porcus .i. hoc nomen hic porcus .ci. Constructio
aper .i. hoc nomen hic aper. verres .i. hoc nomen hic verres .ris .i.
et sus mas .i. hoc nomen sus secundum quod est masculini generis. scilicet significat
[illegible] anglice a bore. porca .i. hoc nomen porca .ce. quia pro et
scropha .i. hoc nomen scropha .phe. et sus femina .i. hoc nomen sus
secundum quod est feminini generis .i. significat [illegible] anglice a sowe. scrofucula et
porcellus diminutiua .i. sunt diminutiua de sus suis. porcellus de
porcus .ci. ¶ Sus suis [illegible]. Construe. Sus supple facit suis in genitiuo
et caro ex illa scilicet sue. dicitur .i. vocatur sulla .le. [illegible] scropha .i. sus. parit .i.
procreat fetum .i. partum. quoque pro et scropha vocatur quidam morbus.
¶ A scrobe. Construe. Ut lectio dicit scropham deriuari a scrobe .i. ab
hoc nomine hic scrobs .bis .i. fouea vel cauea [illegible] .i. a qua terra cauatur.
i. sulcatur vel [illegible]. ¶ Aut quia [illegible]. Construe. aut pro et. et verres.
i. hoc nomen verres. vocatur .i. dicitur de verro .ris .i. sulco .as. vel quia
euertit terram sicut [illegible] faciunt. quia verrit .i. sulcat humum .i. terram cum
rostro suo. ¶ Porcus quasi purcus dicitur .i. vilis. quia vile animal est. et Porcus
assuetus [illegible] in volutabris. Porcus quasi puro carens. vel pure custos.
Vel porcus dicitur de puro per antiphrasim quia nunquam se purus [illegible]
[illegible]. Hic porcarius anglice [illegible] hec porcaria. Porcarius
¶ Aper dicitur de aperio .ris .i. quia rostro aperit terram. Vel secundum Aper
Isidorum aper a feritate dicitur quia bestia fera est. Unde aprinus .na .num Aprinus
possessiuum. ab apro generans. et hec aprina caro apri anglice brawne
¶ Sus a subigo gis. dicitur eo quod terra subacta escas acquirit. Vel secundum Sus
Isidorum dicitur de sus suis [illegible] quia [illegible] sordidatus [illegible]

Est veruex aries: cui virtus est generandi. Veruex
Fit bino de dente bidens: dic inde bidental.
Fulmen vbi cecidit: vel victima facta bidentum.
Mactificans ouat: et ouibus fit ouatio plausus
Sed cum balatu: balantem: balo figurat
Veruex in capite vermem gerit: arietat inde
Hinc veruecine carnes: dicitur ouine

❡ Hic docet autor q ista nomia. veruex. bidens. ouis. balās. sunt idem cū ariete. Et deriuatur balans de balo. as. aui. are. quod est propriū clamare ouiū. Et balans est participium de balo. as. sed in priori sensu. s. p ariete vel oue tenet substātiue. In ista significatōe participiali tenetur adiectiue. et quādo tenet substantiue declinat

Balatus.

hic balans. tis pro masculo. hec balans. tis. pro femella. Et a balo as. hic balatus. tus. tui. idest. clamor ouiū. ❡ Sed cum balatu. zc.

Constructio

Construe. hoc verbū balo. las. figurat. i. format. balantem. i. istam dictionem. hic balans cū balatu. i. cū ista dictione hic balatus. tus tui. concordāt in significatione cū hoc nomine hic aries. tis. media

Aries

correpta. Et dicit vnde deriuantur. et primo incipiens ab hoc noie aries. Dicit q aries dicit de ares grece. quod est virtus latine. qa

Bidens

inest sibi virtus generādi. ❡ Bidens dicitur de bis. et dens. entis. et nō de binus. a. ū. et dens. tis. sed dicit bidens quasi binos dentes habens. quia habet inter octo dentes duos altiores aliis. Et q nō componitur de binus. a. um. et dens. tis. patet. quia bidens corripit primā syllabā. et binus producit primā syllabā. sed componit de bis aduerbio quod corripitur. et de dens dentis. Et de bidens bidētis.

Bidental

deriuatur hoc bidental. alis. media producta. quod est locus vbi fulmen cadit. vel vbi oues et bidentes sacrificabantur antiquitus.

Ouis

❡ Ouis scdm assi. dicitur de offero offers. eo q offerebat diis apud antiquos. Vel ouis dicitur de ouo. as. aui. are. idem quod gaudere qr sacrificātes oues ouabāt. idest gaudebāt. Et de ouo. as. dicitur

Veruex

hec ouatio. onis. i. plausus vel gaudiū ❡ Veruex dicit eo q vehit idest gerit vermē in capite. cuius pruritū veruices seinuicē pugnātes concutiūt. et cū magno impetu feriūt. Vel veruex df a viribus eo q ceteris ouibus sit fortior. vel df eo q sit vir ouiū. ❡ Cōstrue

Constructio

Veruex est aries. cui scz arieti. virtus. idest potestas. generādi est Bidens fit de bino dente. i. df qr habet binos dentes altiores inter octo. sed componit vt dixi de bis et dens dentis. Tu dic inde. i. de bidens. hoc bidental. supple esse locū vbi fulmē cecidit. vel locum vbi victima. i. sacrificiū bidentū. i. ouium fuit. facta. i. frequentata ❡ Sacrificās zc. sacrificās. i. aliquis sacrificās. i. faciēs sacrificiū ex ouibus. ouat. i. gaudet (et p hoc innuit autor q ouis df ab ouo. as)

Ouacio

Ouatio. i. hoc nomen verbale. qd idem est qd plausus. i. gaudium. fit. i. factū. ❡ Veruex zc. declinat hic veruex. cis. et. media producta

Veruecinus

Et inde df veruecinus. a. ū. nomē possessiuū aliqd ptinens ad veruecem. et carnes veruecine. i. de veruece. ❡ Construe. Hinc veruec

Constructio

cine zc. hinc. i. inde q veruex ē ouis. veruecine carnes dicūt ouine Et scribetur veruecis in gtō per c. Construe. Veruex vehit. i. gerit vermē in capite suo. inde. i. ea causa. arietat. i. ille veruex arietat. i. percutit cum capite suo quodcunq fuerit sibi obiectū. ❡ Et est pes proceleumaticus constās ex quattuor breuibus. et ponit p dactylo. quia equipollet ei in temporibus.

astruo

¶ Astruit/affirmat/asseuerat/tria sunt hec/
Asserit est quartū que signāt quattuor vnum/
Annuo concedo simul autorizo tibi do.

Constructio

¶ Hic docet Autor q̄ ista quattuor verba Astruit/(quod cōponit cū ad.et struo.is.) et affirmat (qd componitur cum ad.et firmo.mas) Asseuerat (qd componitur de ad.et seuero as.(qd in simplici nō est in vsu.sed in compōne.vt hic) et cōponitur cum p.et dr̄ pseuero.as. Assero.is.rui.ere.cōponitur cū ad.et sero.is. ¶ Construe.hec tria verba.scz astruit.affirmat.et asseuerat.sunt.et asserit est quartū.scz verbū.que quattuor verba.signant vnū.s.signōne. ¶ Astruo facit astruxi in pterito.et astructū.tu.i supinis. ¶ Assero.is facit asserui in pterito.et assertū.tu.in supinis. ¶ Annuo.is.nui.annuitū.tu.in supinis.qd cōponitur de ad.et nuo.is.(qd nō est in vsu. ¶ Cōcedo dis.ɔcessi.ere.cessum.su.in supinis. ¶ Autorizo.as.aui.are. Ista tria verba significāt idem qd pdicta quattuor verba. ¶ Construe. Ego do tibi annuo.ɔcedo.simul p̄ et.autorizo.in ɔsimili signōne cū predictis quattuor verbis. ¶ Autorizo.as.de autor autoris dicitur

Astruo.
Assero
Annuo
Concedo

Autoriso.

abdico

Abdicat econtra/negat/abnuit/inficiatur/
Obuiat et renuit his vnum significatur/
Et contradicit/his abnegat associatur.

¶ Hic Autor docet q̄ sint verba eiusdē significatōnis cū hoc vbo abdico.as.et dicit q̄ ista.nego.as. ¶ Abnuo.is.(qd cōponitur de ab.et nuo.is. ¶ Inficior.aris.verbū depōens.(et cōponitur de in.et facio.sm Cathol. Et inde Inficie.arū.i.treuge vel negationes de negate vel fracte.et caret singulari numero. ¶ Obuio.as.aui.are. verbū neutr. Et ɔstruitur cū dtō casu et obuio est ɔtraire.vt cum dico talis obuiauit mihi in vico Similiter est ɔtradicere.vt cū dr̄ Dicta tua obuiant rōni.i.ɔtradicūt. Et cōponitur de ob.et via vie. Et dr̄ de obuius.a.um.qd et sic cōponitur. ¶ Renuo.is.renui.ere. cōponitur de re.et nuo.is.(Et nō habet supina ad vsum.tn̄ sm artē habet.s.renuitū.tu. ¶ Contradico.de ɔtra.et dico.cis.componitur. ¶ Abnego.as.aui.are.de ab et nego.as componitur. ¶ Nota q̄ ista verba q̄ hic ponūtur sunt ɔtraria in signōne verbis in signōne locatis.scz astruit.et c̄.q̄ illa dicūt affirmatiuā.ista dicūt negatiuā. ¶ Construe.Annū.i.vna res significatur his.i.in his verbis.s.scilz. abdicat.negat.abnuit.inficiat.obuiat.et renuit.ecōtra.i.ɔtra signōes supiorū verborū.scz astruit et c̄. Et contradicit associatur his verbis.

Abnuo
Inficior

Obuio.

Renuo.

Contradico.
Abnego

Constructio

C

Abdico

abegat. associatur his verbis. ¶ Abdico. as. componitur de ab et dico. as. cuius prior syllaba corripitur. ¶ Et dico. cas habet tres significationes. vt in hoc versu. Dico dico signat. confirmo. copulo. sacro.

auxilior:

Cum suffragatur iuuat adiuuat auxiliatur/
Subuenit addatur succurrit propiciatur.
Si permittatur a metris opitulatur.

Suffragor:
Fragus
Popice.
Iuuo.
Adiuuo.
Subuenio
Subuentio:
Subuentrix.
Succurro.
Succursio
Succursus.
Propitior
Opitulor
Notabile
Constructio

¶ Hic docet autor que sunt verba que idem significant cum hoc verbo auxilior. aris. Dicit quod suffragor. aris. quod componitur de sub et fragus. [illegible] Et est fragus [illegible] et inde de hoc suffragor. aris. i. popice. [illegible] idem est. Et est deponens. et inde venit hoc suffragium. gii. i. auxilium. ¶ Iuuo. as. iuui. iutum. [illegible] et inde hoc iuuamen. inis. pro auxilio. et iumentum. [illegible] equus vel animal auxiliare. ¶ Adiuuo. as. adiuui. adiutum. Et adiutor. adiutrix. nomina verbalia. Et hoc adiuuamen. inis. Et componitur de ad. et iuuo. ¶ Subuenio. nis. et est idem cum auxilior. aris. [illegible] Et construitur cum datiuo [illegible] Et inde hec subuentio. onis. [illegible] subuentor. subuentrix. verbalia. Et componitur subuenio. de sub. et venio. [illegible] ¶ Succurro. ris. succurri. succursum. [illegible] Et hic succursus. sus. i. auxilium. Succurro est idem quod auxilior. aris. [illegible] Et construitur cum datiuo casu. [illegible] ¶ Propitior. aris. verbum deponens. est idem quod auxilior. et opitulor. aris. est idem quod auxilior. aris. Et dicitur Opitulor de opus [illegible] Propitior dicitur de propitius. a. um. ¶ Nota quod opitulor habet primas tres syllabas breues. et ideo non posset stare in versu. Ideo autor quod posuit illud in versu excusat se dicens. Si permittatur a metris. scilicet ¶ Construc. Iuuat [illegible] auxiliatur [illegible] suffragatur est idem quod auxiliatur. subuenit [illegible] et succurrit [illegible] opitulatur [illegible] a metris [illegible] quod habet penultimam [illegible] opitulatur [illegible]

aufero.

Subtrahit et tollit subducit et eripit aufert.
Surripit et spoliat asportat res alienas/
Priuat predatur defraudat eis sociatur/

¶ Hic docet Auctor que sunt verba significatiua siue synonyma
cum isto verbo aufero. fers. abstuli. auferre. ablatum. tu. in supinis.
Dicit q subtraho. as. subtraxi. subtractum. tu. est idem quod aufero. Subtraho.
¶ Subtraho est verbum actiuum. et componitur de sub et traho. is. traxi. Tollo.
¶ Tollo. lis. est idem. Et est actiuum. ¶ Subduco. cis. est idem. Et Subduco
componitur de sub. et duco. cis. ¶ Eripio. pis. pui. ereptum. tu. est idem. Eripio.
Et componitur de e prepositione. et rapio pis. Et est actiuum. ¶ Surripio Surripio
pis. componitur de sub. et rapio. pis. quod est actiuum. ¶ Spolio. as. are Spolio
aui. est idem. Inde hec spolium. lii. ¶ Asporto. as. aui. are. est idem. Asporto
et dicitur asporto de abs. et porto. as. ¶ Priuo. as. aui. are. est idem. Priuo
¶ Predor. aris. predatus sum. dari. est idem. et dicitur de hec preda. dis. Predor.
¶ Defraudo. as. aui. are. est idem. Et componitur de de. et fraudo. as Defraudo
quod dicitur de hec fraus dis. ¶ Construe. Subtrahit est aufert. i. idem
quod aufert. alias subducit. et eripit. sunt idem quod aufert. surripit. et Constructio
spoliat. et asportat sunt idem quod aufert. rem alicuius. Per istum accu
satiuum casum innuit auctor q ista verba regunt accusatiuum casum: vt
dicendo. fur subtrahit rem alicuius. et sic de ceteris verbis. ¶ Priuat
Constructio. priuat. hoc verbum. sociatur eis scilicet verbis precedentibus. et predatur sociatur. et defraudat sociatur eis.

Conuenit alloquitur pariter compellat et inter alloquor.
Pellat et affatur predictis associatur.

¶ Hic Auctor docet q ista verba. conuenit. compellat. interpellat
et affatur. conueniunt in significatione cum hoc verbo alloquor. eris. quod est
deponens. Et componitur de ad. et loquor. eris. ¶ Conuenio. nis. ire.
conueni. conuentum. in significatione qua hic sumitur est actiuum. vt con
uenio te. et tu conueniris a me. sed dicitur. Sed conuenire in alia significatione Conuenio
est simul venire. et sic est verbum neutrum. ¶ Item conuenit aliquando
est verbum impersonale. et sic est idem quod contingit. Vnde Pamphilus Conuenit
Conuenit vt nostros aperias quasi nec ita casus. ¶ Compello. las.
are. aui. verbum actiuum. et componitur de con. et pello. ¶ Interpello Compello.
as. verbum actiuum. Et componitur de inter. et pello. as. ¶ Affor. aris Interpello.
verbum deponens. componitur de ad. et for. faris. i. loqui. ¶ Construe Affor.
conuenit. i. hoc verbum. est alloquitur. i. idem quod alloquitur. pariter
et similiter. et compellat est similiter alloquitur. interpellat est alloquitur. et Constructio
affatur. i. hoc verbum associatur predictis verbis.

Auget et augmentat exaggerat et coaceruat augeo
Aggregat accumulat congestat congerit addit
Ampliat amplificat apponit et adducit vnit
Cum supradictis assint adiungit adunit.

Augeo. ¶ Hic docet Autor q omia verba supius posita sunt eiusdem signifi
cationis cum isto verbo augeo ges. auxi. gere. auctum tu in supinis
Autor. ¶ Augeo componitur cum ad. et dicitur Adaugeo. ges. et cum ex. et dicitur
Auctrix. Exaugeo. ges. Ab augeo. ges. dicitur hic auctor. toris. hec auctrix. icis.
Augmento hec auctio. onis. nomina verbalia. et hoc augmentum. ti. Augeo co
Exaggero. verbum actiuum est cum omnibus suis compositis. ¶ Augmento. as
Coaceruo. de hoc augmentum. ti. dicitur. ¶ Exaggerat. componitur de ad. et aggero. as
Aggrego ¶ Coaceruat. componitur de ad. et grego. as. quod dicitur de hic grex
Accumulo. gregis. sed in simplici non est in vsu. ¶ Accumulo. as. de ad. com-
Congesto ponitur et cumulo. as. quod dicitur de hic cumulus. li. ¶ Congesto. tas.
verbum frequentatiuum. et formatur ab vltimo supino huius verbi
aggero. ris. gessi. gere. congestum. tu. u. in o. fit congesto. tas. aui. are.
Congero. ¶ Congero. ris componitur de con. et gero. ris. gessi. gerere. gestum tu
Addo ¶ Addo. dis. componitur de ad. et do. das. ¶ Amplio. as deriuat
Amplio. ab amplus. a. um. Amplificus. a. um. componitur. de amplus. a. um.
Appono. et facio. cis. ¶ Appono. is. de ad. et pono. nis. ¶ Adicio. cis. adieci
Adicio in preterito. adiectum. tu. in supino. componitur de ad. et iacio. cis. ieci. ere
tercie coniugationis. ¶ Nota quod adicio cis. scribitur in secunda syllaba
Notabile cum duplici i. et in priori consonante. secunda in vocali. quia iacio in composicione
mutat a in i. et sic habet duplex i. Et si ibi esset nisi simplex i. versus
Unio esset falsus. ¶ Unio. vnis. vniui. vni re vnitum. de vnus. a. um. deriuat
Adiungo ¶ Adiungo. gis. de ad. et iungo. gis. iunxi. ere. componitur. ¶ Aduno
Aduno nis. niui. de ad. et vnio. nis. componitur. ¶ Construe. Exagerat. est
Constructio auget. i. idem quod auget. et augmentat est auget. i. idem quod auget. et
sic de ceteris vsque ibi. Cum supradictis. Construe. Adiungit. et hoc
verbum adunit. assint. i. sunt. cum predictis verbis

arceo.

Arcet compescit inhibet cohibetque coheret
Refrenat reprimit/angustiat/atque coartat/
Cogit constringit/angariat artat/et angit/
Urget compellit/his sensus conuenit idem.

¶ Hic docet Autor quot sunt verba eiusdem significationis cum isto
Compesco verbo Arceo. ces. (anglice to constrayn) Dicit quod omnia illa que po
Inhibeo. nuntur in versibus. ¶ Compesco. cis. compescui. in preterito. caret
supino. componitur de con. et pesco (quod non est in vsu) ¶ Inhibeo
bes. inhibui. inhibere. inhibitum. tu. in supinis. (quod componitur
Cohibeo. de in. et habeo. bes. Unde inhibitor. et inhibitrix. et inhibitio. tionis.
nomina verbalia. ¶ Cohibeo. bes. bui. bere. cohibitum. tu. in su-
Coherceo pinis. de con. et habeo bes. componitur. Unde cohibitor. cohibitrix
et cohibitio. nis. nomina verbalia. ¶ Coherceo. ces. cui. in preterito.

cere. cohercitũ tu. vel cohertũ tu. p syncopã (de con. ⁊ arceo. es. dr)
❡ Refreno. as. aui. are. de re ⁊ freno as dr. ❡ Reprimo. is. pssi. ere — Refreno.
pressum. su. Vñ repressor. oris ⁊ repressio onis. verbalia. ⁊ ꝯponitur — Reprimo
de re. ⁊ premo mis. ❡ Angustio. as. aui. are. de hec angustia. e. dr. — Angustio
❡ Coarto. as. aui. are. ꝯponit de con. ⁊ arto. as. aui. are. ❡ Cogo. — Coarto
gis. cogi gere. coactum tu. Vñ coactor. coactrix. ⁊ hec coactio. onis. — Cogo.
nomia verbalia. ⁊ cõponitur de con. ⁊ ago gis. ❡ Constringo. gis. — Constringo
ꝯstrinxi. ere. ꝯstrictum tu. in supino. ꝯponitur de con. ⁊ stringo gis.
❡ Angario. as. are. de hec angaria. e. dr. ⁊ est idem qd cogere. Vñ — Angario.
Angariauerũt symonẽ cyreneũ vt tolleret crucem iesu. i. cogerunt.
❡ Arto as. frequẽtatiuũ de arceo es. format eni ab vltimo supino — Arto
sc3 artu. u in o. fit arto tas. ❡ Ango gis. anxi. gere. ⁊ caret supinis. — Ango.
(fm vsum) Et notent hic vsus. Respuo. linquo. timet. disco. posco.
metuoq3. Et duo. cum renuo. simul addit. vrget. ⁊ angit. Sunt licet — Actiua caren
actiua. damus illis nulla supina. (Sensus est) q illa verba q̃ in istis — tia supinis
versibus cõtinent carent supinis. nõ obstãte q actiua sunt. ⁊ hoc fm
vsum nõ fm artem. ❡ Urgeo ges. si. gere. caret supinis vsualiter. — Urgeo
❡ Compello lis. compuli. ere. compulsum su. in supinis. Inde com — Compello
pulsio onis. ⁊ compulsor oris. v'balia. ❡ Construe sic. Idem sensus
i. vnus sensus. vna sĩgtio. ꝯuenit. i. est ꝯueniens. his. i. v'bis. arcet ⁊c.

❡ Indignans onager seruire p arua vagatur. — Asinus.
Est simplex asinus seruili lege ligatur
Fetus asellus erit / asininant moribus illi
Qui nõ accipiunt doctrinam pectore duro

❡ Hic docet Autor duo. Vnũ de sĩgtione istar dictionuz onager
asinus ⁊ asellus. que tres vnam rem sĩgnt sed hoc implicite. Alter — Onager
de differentia istar dictionũ. Dicens q onager est asinus siluestris
laboribus hominũ insuctus. Asinus cõtra sub ꝯtinua seruitute la — Asellus.
borat. Asellus est diminu. de asinus. ⁊ ꝓprie pullus vel fetus asini
❡ Deinde Autor docet. q asinino as. (qd ꝓprie ptinet ad asinum) — asinino as
transsumit ab illa sĩgtione ad significandũ illud qd desipio. pis. pui
desipere. i. male sape. vel stulte sape. vt dicimus de vno qui habet
obtusum ingeniũ. Iste asininat. i. non bene sapit. vel iste asininat. i.
ita hebes est sicut asinus. ❡ Construe sic. Onager indignans. i. nõ — Constructio
dignans seruire. vagat p arua (quasi diceret) semp est in syluis ⁊ lo
cis desertis. ⁊ simplex asinus. i. humilis asinus. ligat seruili lege. i.
lege seruitutis. Asellus erit fetus. i. pullus asini vel asine. Illi. sup
ple pueri vel homines. asininant. i. faciũt ad modũ asini. moribus.
id est. conditionibus. Qui nõ accipiũt doctrinã. sc3 magistri sui. in

Onager
Asinus

pectore duro .i. propter duriciam cordis. ¶ Et dicitur Onager ab onos graece quod est asinus latine et de hic ager gen. ¶ Asinus dicitur de sedeo sedes. quia homines antequam equos haberent asinis insidebant.

¶ Dicitur accusans equales atque minores
Dicitur incusans maiores et meliores.
Sed scelus excusans minuit renuitque recusans

Questio.
Responsio

¶ Hic docet Auctor differentiam inter accusare. incusare. excusare. et recusare. ¶ Et si queratur quare ponit hic doctrinam de differentiis cum eius principale propositum sit tractare de synonymis ¶ Ad hoc dico quod ista verba quodammodo possunt intelligi synonyma quia omnia derivantur et componuntur de causo as. quod est frequentativum de cado. quod formatur cum causo as ab ultimo supino illius verbi. u in o mutata fit causo as. Sed quia propositiones venientes secundum in compositione faciunt ea aliquantulum differre. non omnino sunt aliqualiter quia illa differentia causatur a parte propositionis. que est pars secundaria et non a parte verbi. que est pars principalis. Ideo ponens differentiam inter ista synonima verba. dicit quod Accusare est culpare scelere qui sunt equales .i. pares. aliorum sive minores .i. minoris status et dignitatis. ¶ Incusare est reprehendere vel crimen imponere maioribus et melioribus scilicet viris qui sunt maioris status vel altioris dignitatis. sicut quando aliquis simplex presbyter respondet episcopum de aliquo crimine. Et componitur de in propositione et causo as. ¶ Excusare est crimen impositum repellere. negare. deponere aliqua iusta causa exigente et faciente ad hoc. Et componitur de ex et causo as. ¶ Recusare est renuere. refutare. repellere et componitur de re et causo as. ¶ Construe. Aliquis accusans equales .i. pares suos. atque et minores .i. illos qui sunt minoris status ipso Et aliquis dicitur incusans maiores et meliores se .i. scilicet illos qui sunt gradibus altioris ipso. et aliquis excusans scelus minuit .i. minorat scelus .i. culpam sibi impositam. atque et aliquis recusans renuit .i. refutat id.

Accusare
Incusare

Excusare
Recusare

Constructio

Quod dat iudicio iudex adiudicat et quod
Aufert iudicio iudex abiudicat illud.
Iudico te damno tibi iudico commoda querro
Et litem dirimens partes diiudicat inter
Et quos suppliciis affligit iudicat illos

¶ Hic docet Autor differentiam inter adiudicare (quod componitur de ad et iudico as) et diiudicare (quod componitur de di prepositione inseparabili et iudico as) et iudico as derivatum de iudex cis. ¶ Adiudicare est aliquid per iudicium alicui dare. ¶ Abiudicare est auferre alicui per iudicium rem quam habuit. ¶ Diiudicare est quando aliquis electus arbiter inter duas partes iudicat pro utraque parte quod equum videt et iustum. ¶ Iudicare aliquem est damnare. ¶ Deinde dicit Autor quod iudico regit accusativum post, et tunc est idem quod damno, ut iudico te .i. damno te. et tunc est activum. Et aliquando regit post se dativum, ut iudico tibi, et tunc est idem quod bonum iudicium et utile tibi dare. ¶ Construe. Iudex adiudicat illud quod ipse dat iudicio .i. per iudicium. et iudex abiudicat illud quod ipse aufert ab aliquo iudicio .i. per iudicium. et iudex dirimens .i. decernens lites. diiudicat inter partes scilicet litigantes. Iudico te .i. damno. iudico tibi .i. quero commoda tibi .i. utilia tibi.

Adiudicare
Abiudicare
Diiudicare
Iudicare
Constructio

¶ Artificis nomen opifex assumit: et auctor.
Invenit autor: agit actor: res ampliat auctor.

¶ In isto versu docet autor que nomina conveniunt in significatione cum isto nomine hic et hec artifex cis. dicitur artifex de ars tis. et facio cis. dicens quod hic et hec opifex cis dicitur de opus operis ab ope et facio cis. et est idem quod artifex et autor idem est. Deinde in secundo versu ponit differentiam inter autor scriptum per u et simpliciter .i. sine c. et actor per c et t sine u. et etiam auctor per u c et t scriptum. ¶ Autor dicitur ab autentin grece. quod est autenticum vel grave latine. Autor dicitur inventor materie de qua tractat. et est communis duum generum hic et hec autor oris. ¶ Actor scriptum per c et t et sine u. est nomen verbale formatum a primo supino illius verbi ago. agis egi actum. muta um in or. fit actor .i. factor. ¶ Auctor scriptum per u c et t est nomen verbale de augeo componitur cre. auctum muta um in or. fit auctor oris. Et est ille qui auget aliquam rem. ¶ Construe. Opifex assumit .i. capit nomen artificis .i. idem quod artifex. Autor invenit .i. inventor materie de qua intendit tractare. actor agit .i. facit. auctor ampliat res amplificando. ¶ Nota duos versus differentiales.
Autor ab autentin hic et hec sine c venit actor
Et sine u habet ago. venit auctor ab augeo cum c.

Artifex
Opifex
Autor
Actor
Auctor
Constructio
Notabile

Inter se distant: timidus: temerarius: audax.
Linquit omittenda: facit audax aggredienda
Cessat ab audendis timidus: simul et fugiendis
Audet omittenda temerarius et facienda.

Audax.

Audax
Timidus
Temerarius
Constructio

¶ Hic ponit Autor differentiā inter ista noīa audax temerarius τ timidus. Dicens φ audax est ille qui audet facere ea que sunt faciendā τ dimittit ea que nō sunt facienda. ¶ Et timidus est ille qui nō audet facere facienda nec omittere omittenda. ¶ Sed temerarius est ille qui audet facere facienda τ nō facienda. ¶ Timidus a timeo es. dicitur. Temerarius a temere .i. stulte. dicitur. Audax ab audeo audes ausus sum dicitur. ¶ Construe. Timidus temerarius τ audax ista nomina distant .i. differunt inter se. Audax est ille qui supple audax .i. [illegible] dimittit omittenda .i. ea que debent omitti. τ facit aggrediendā .i. ea que audax debet aggredi. Et est aggredi incipere aliquid cum audacia timidus est .i. debilis [illegible] [illegible] a rebus faciendis. τ similiter [illegible] a fugiendis .i. a rebus nō faciendis. Temerarius audet .i. audax est facere omittenda .i. ea que debent omitti τ facienda .i. ea que debent fieri.

Est auidus cupidus τ auarus τ ambitiosus.
Diuitias cupidus cupit ambitiosus honores.

Auidus
Cupidus
Auarus
Ambitiosus.
ambitio
Notabile
Constructio

¶ Hic Autor docet φ omnia ista nomīa sunt eiusdem significationis. cū isto noīe auidus .a. um. Dicens φ cupidus .a. um. idem est. τ dr a cupio pis. piui. vel pij. cupere. ¶ Auarus .a. ū. est idem. Et dr ab aueo es. aui. auere .i. cupere. ¶ Ambitiosus .a. um. est idem. Et dr de hec ambitio. onis .i. cupiditas honoris. τ dr de hic ambitus [illegible] cuius media corripitur qī est nomē. nam si media producitur tūc est participiū. Unde versus. Ambitus est nomē. ambitus participale. ¶ Diuitias τc. Hic ponit autor differentiā inter cupidus τ ambitiosus. dicens φ cupidus est ille qui cupit diuitias. Ambitiosus est ille qui cupit honores. ¶ Construe. Cupidus τ auarus τ ambitiosus est idem qd auidus. Cupidus cupit .i. optat diuitias. ambitiosus honores. supple cupit.

Nutrit fomentat reficit fouet τ refocillat.
Pascit alit sensus his verbis conuenit vnus

Alo
Nutrio
Notabile

¶ Hic Autor docet φ oīa ista verba conueniunt in significatione cum isto verbo. alo alis alui alere. ¶ Nutrio .is. iui. ire. quarte coniugationis Et inde nutrimen. τ nutrix qd nomē syncopatum. τ dr nutrix depositā media syllaba tri. Et de nutrix deriuatur nutricula .a. um. τ est locus quo nutrix si esset omnis generis. vnde archipresul in principio libri. Languida segnicies. veneris nutricula tractat. Ocia. delectat operum dissuadit labor. Loquitur de viciis que sequuntur ociosos ¶ Et ecce habes ibi in his versibus nutricula quod declinatur sic

Nutricius.a.um. et hec nutricia.est idem qd nutricea. ¶ Fomento.tas.a fomentum.ti.d. Et est fomentū idem quod nutrimentū. et d. de foueo.es. ¶ Reficio.cis. componitur de re. et facio.cis. Papias dicit reficere.refocillare.recreare.constipare. Vn̄ versus. Constipat reficit.recreat.simul. et refocillat. ¶ Foueo.ues.foui.ere.fotū.tu.in supino.componitur cum con. et d. confoueo.ues.media correpta. et cum re. et d. refoueo.ues. ¶ Refocillo.as. de refoueo.ues.dicitur. ¶ Pasco.cis.cere.paui.pastū.tu.in supino. vnde hic pastor.oris et hec pastura.re. et hec pascua.cue. et pluraliter hec pascua.orum. et est eteroclytū in genere et declinatione.qz in singulari numero est generis feminini et prime declinationis.in plurali vero secunde declinationis et neutri generis. Unde versus. Pascua sola datur sed pascua plura habentur. Item potest declinari hec pascua.cue. et pluraliter he pascue.arum. Unde scribitur Ezechielis.xxxiiij.capitulo. quasi in medio. In montibus israel erunt pascue earū. Item in eodem capitulo. Insuper reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris. Item in eodem capitulo inuenitur pascua. in plurali numero. Nonne satis erat pascua bona depasci. ¶ Pasco componitur cum de. et dicitur depasco.cis. ¶ Nota qz passiua istorum pastiuorum scilicet pascor. et depascor.construuntur cum accusatiuo casibus transitiue. Ut capra pascitur vel depascitur frondes. Et cum ablatiuo in eodem sensu. Unde secundum Papiam bene dicitur. Pascor hanc rem. vel ab hac re. ¶ Alo.lis.alui.ere.alitum.tu.vel altū.tu.in supino. secundum Hug. vnde hic altor.oris. et hic alumnus.ni. verbale.i.nutritor. et hec altrix.cis. ¶ Constructio. Unus sensus [illegible] est [illegible] secundum [illegible].

Fomento
Fomentū.
Reficio.
Foueo.
Refocillo
Pasco.
Pastura
Pascua.
Notabile
Alo.
Constructio

Hinc nutrimentū deducitur ac alimentum
Fomentūqz comes simul est alimonia fomes.

alimentū

¶ Hic docet Alexander qz ista nomina deriuantur a predictis verbis. et vnū et idem signant. et sic sunt synonyma. conueniunt in significatione.cū illo nomine hoc alimentū.ti. et d. de alo alis. ¶ Nutrimentū dicitur de nutrio.tris. ¶ Fomentū.ti. et hic fomes.tis. deriuat de foueo.es ¶ Constructio. Nutrimentū deducitur.i.deriuatur. hinc.i.de nutrio.nutris. ac pro et. alimentū deducitur hinc.scilicet de alo alis. qz pro et. fomentū est comes.i.sociatum illis in significando. quod deriuatur a foueo.es. simul pro pariter. et alimonia est comes illis. qd dicitur de alo alis. et fomes est comes illis. quod d. de foueo.ues.

Nutrimentū.
Fomentū
Constructio

¶ Inter se distant albescit albat et albet.
Albitat albificat transire scias duo prima
Inchoat albescit minuit simul atqz frequentat

albeo.

Albitat istorum celebratur utrumque solutum.

Candeo candesco non transit / candido transit.

¶ Hic docet auctor q ista verba que hic ponuntur in versibus conveniunt in significatione cum albeo.bes. Item docet differentiam inter ista verba dicens q aliqua istorum sunt activa. aliqua neutra et absoluta aliqua sunt inchoativa. et unum istorum verborum est frequentativum verbum. ¶ Albesco.cis est inchoativum verbum. et caret preterito. qr omnia verba inchoativa et significatione significant presentem actionem. preterita vero significant preteritionem. Unde si haberent preterita. haberent significationes contraria. ¶ Formatur inchoativum a secunda persona presentis temporis. singularis numeri. indicativi modi. ut amo amas. addita co. fit amasco.cis. id est incipere amare. albeo.bes. addita co. fit albesco.cis. i. incipere albere. ¶ Albo.as. i. album facere. ab albus.a.um. est verbum transitivum. ¶ Albeo bes. caret supino. et hoc fin[illegible] ¶ Item Albito as. est frequentativum de albeo as. albatum in ito. et e mutata in i. compositum fit albito.as.are. aui. i. parum albere. et est neutrum ¶ Albifico.as. i. album facere. et componitur de albus a.um. et facio cis ¶ Candeo.des.dui.ere. caret supino. i. candidum vel album esse. et quod idem est esse vel fieri album. ¶ Candesco.cis inchoativum. formatum a candeo. addita co. fit candesco.cis. i. incipere candere. ¶ Candido.das. aui.are. i. facere candidum. verbum transitivum. ¶ Construe. albesco.cis. et albo.as. et albeo. albitat. et albifico.as. ista verba videlicet [illegible] inter se Scias [illegible] lector cognosce [illegible] verba. de istis verba prime coniugationis transeunt [illegible] transitiva [illegible] albo.as.are.aui. et albifico.as.are.aui. Et alia manifeste sunt neutra scilicet albesco albere et albitare. ¶ Inchoat vel. Hic docet auctor q albesco.cis. est inchoativum verbum. Albito as. est frequentativum. et significat minus q suum primitivum. i. albeo. q albeo significat album esse vel fieri. et albito significat modicum vel parum albere. Deinde dicit q utrumque istorum verborum est absolutum. i. nullo modo regit actum transitive. et sic utrumque est neutrum. ¶ Construe. albesco.cis hoc verbum inchoat. i. inchoativum est. Albitat. i. hoc verbum minuit. i. [illegible] diminutionem significationis sui [illegible] albeo [illegible] i. pariter frequentatur. i. est frequentativum [illegible]. Et utrumque istorum verborum. scilicet albesco et albitare celebratur. i. esse solutum. i. est absolutum. ¶ Candeo vel. Hic dicit q hec verba candeo et candesco non sunt transitiva sed neutra. Et q candido as. est transitivum. ¶ Construe hoc verbum candeo non transit. i. non est transitivum. et candesco non est transitivum sed candido transit. i. est transitivum.

Notabile

Albesco.

Albo.

Albeo

Albito

Albifico.

candeo.

candesco.

candido

Constructio

Dicitur unguentum cathaplasmaque nardus amomum

amomum.

Suaviter hinc redolens aliis sociatur aroma

Fertur aromaticum simile in quod prestat odorem.

¶ Hic docet Auctor conuenientiã significationis esse inter ista nomina amomũ. cathaplasma. nardus. aroma ⁊ aromaticũ. omnia ista nomina significãt vnguenta preciosa ¶ Cathaplasma fm Huguc. componitur de catha. quod est supra. ⁊ plasma. ma. quasi supra formam morbi ponitur vel inducitur. ⁊ est emplastrum medicaminis. Sed cum hoc cathaplasma. dr a catha prepositione greca. i. iuxta. ⁊ plasma i. formatio. quia efficitur vt ponatur iuxta apostema. ⁊ remouet apostema a membro nobili ad minus nobile. Unde versus. Delet apostema iuxta positum cathaplasma. ¶ Nardus. ponitur pro nardo spicato siue pro nardo pistico. ⁊ vtrumque est vnguentũ factũ de nardo arbore. Et est nardus arbor suauissime redolens. ⁊ computat inter herbas propter suam bonitatem. ¶ Hoc amomũ. mi. componitur de aer. ⁊ osma. quod est odor. quasi bonũ aeris odorem representans. Et dicit Vergilius. Amomũ quod velut odore cynnamomi referat. ¶ Aromaticũ. ab aromate. ⁊ põe declinari adiectiue. aromaticus. a. um. ⁊ est omne quod pertinens est ad aroma. ¶ Construe. Cathaplasma. quod dicit nardus. ⁊ amomũ sunt vnguentũ. ⁊ idem in significatione aroma hinc redolens. i. bene quia redolens est suauiter. sociat illis sex predictis nominibus. ¶ Fertur aromaticũ. ⁊c. ¶ Construe. Et illud fertur i. dicitur aromaticum. quod prestat. id est dat. similem odorem. sicut illa que superius memorantur.

Cathaplasma

Nardus.

Amomũ.

Aromaticum

Constructio

¶ Debet fex olei sedimen vel amurca vocari

amurca

¶ Intentio Auctoris est dicere. quod sedimen. ⁊ fex olei. conueniunt in significatione cum hoc nomine amurca. ce. quod est fex olei ⁊ fm Hug. componitur amurca ab a. quod sine. ⁊ mergo gis. quasi ab oleo se mergit inferius. i. quia inferius est fex olei. Sed murca dr superior fex olei. quia se quasi murus in oleo. Et inde mucrosus a. um. hec mucrosus tatis. Et sciendum quod amurca est pars olei. sed ponitur pro fece alterius liquoris. Et fm quosdam dr ab amarus. quia est amara ¶ Sedimen. minis. a sedeo sedes dr. quia sedet vel residet in fundo olei. ¶ Olea. ab hec oliua oliue dr. hoc oleum. olei. Et est differentia inter oliuam. oleam. ⁊ oleum siue oliuũ. Oliua est arbor. Olea. est fructus illius arboris. Oleum vel oliuum. est liquor fluens vel factus de fructibus illius arboris. ¶ Construe sic. Fex olei debet vocari sedimen vel amurca. Et dr fex a figo figis

Amurca.
Murca
Mucrosus.

Sedimen

Oliua
Olea.
Oleum

Constructio

Augur sortilegus est diuinator: aruspex.
Atque mathematicus: illis sociatur ⁊ auspex.
Additur ariolus hinc dicitur ariolari

augur.

Sortilegus
Diuinator
Matematic9.
Mathesis.
Matesis.
Ariolus

¶ Autor hic docet. quot sunt noīa synonyma cum isto nomine hic augur. ris. dicens q sortilegus idem est. (Et cōponitur de hec sors sortis. et lego. gis. Diuinator est idem (Et dr̄ de diuino. as.) Mathematicus. ci. est idem (Et dicit a mathesis. et est diuinatio) ¶ Et est differentia inter mathesis (cuius media corripitur) et cū aspiratōne et matesis (cuius media pducitur) sine aspiratōe. Mathesis (cuius media corripitur) est doctrinalis scientia. Matesis (cuius media p ducitur) est scientia diuinandi. Vñ versus. Scire facit mathesis. sed diuinare matesis. ¶ Ariolus. li. est idem. Et dicuntur arioli (scdm Papiā) incātatores. eo q circa aras preces nepharias emittunt. vnde auriolor. aris. i. diuinare ¶ Cetera nomia exponūtur supius ¶ Construc. Sortilegus est augur. et sic de ceteris dicas.

anus.

Fertur anus vetula minuit sed anicula sensum
Dum dormitat anus turpis sibi sibilat anus

Vetula
Anus.
Anus.
Anicula.
Constructio
Sibilare.

¶ Autor docet hic pueniētiam istor nominū Anus. vetula. anicula. que omnia idē significant (anglice a olde Wyfe) ¶ hec anus anus anui. quarte declinatōnis. et inde hec anicula. le. diminutiuū et hic et hec anilis. et hoc anile. aliquid ptinens ad anū. ¶ Vetula. vetule. de vetus veteris dicitur. quia vetus est. i. antiqua. ¶ Dū. dormit etc. Differentia est inter anus (cuius prior corripitur) et anus cuius prior pducitur nam anus cuius penultima syllaba corripit) est feminini generis et quarte declinationis (et est idem qd vetula. Anus (cuius penultima syllaba pducitur) est masculini generis et secūde declinationis (et est idem quod culus) ¶ Construc. Vetula. est anus. et anicula est anus. sed minuit sensū. id est. significationē illius. quia est nomen diminutiuū. hic anus. ni. pro culo. et hec anus p vetula. dicitur. De hic anus. ni. hec anicula. le. de vetus ris. dr̄. ¶ Dum dormitat anus. Construc. Dum anus. i. vetula. dormitat. id est dormit. turpis anus. id est vilis culus. sibilat sibi. ¶ Et est sibilare pprie serpentum (sed quia culus emittit similem sonū. ideo transsumitur ad significandum taliter sonare.

arbor.

¶ Unum significant arbor cum robore stipes.
Stips stipis est obolus sed stipes stipitis arbor.
Stipo constipo stipendia dicimus inde.
